et sic etiam dictorum bonorum me=
=morato fideicommisso, et primogenituræ
subiectorum, ita ut si quid præfatus
Dnus Philippus prætendebat, tenebatur
de eius iuribus experiri cum dicto D.
Carolo Cribello, et ab eo hærede ante=
=dicto bona ipsa recipere vulgata Iuris
conclusione, quod fideicommissum capi
debeat de manu hæredis, contrarium
vero prætenderet dictus Dnus Philippus,
quia pro se haberet dictum præcep=
=tum, et illius executionem, dictum
D. Carolum uti Sacerdotem incapa=
=cem esse dictæ primogenituræ, et fi=
=deicommissi ex præcisa Testatoris mente,
agi de re clara eius favore, pro=
=barique requisita omnia, tum in
ordine ad personæ identitatem, tum

bonorum ex Instrumentis publicis, et
iuribus in dicto edicto præcepto enun=
=ciatis, eaque omnia præ manibus
habere ad effectum exhibendi dicto
Dnõ Carolo, frustraque petere quod
statim restituturus est, quibus om=
=nibus advertens præfatus M.to Rev.dus
Dnus Carolus Cribellus agnoscens
bonum ius dicti Dni Philippi etiam
per inspectionem dicti Testamenti
a dicto nunc quond. Ioanne Thoma
conditi, et aliorum documentorum
suprà recensitorum, bonamque fidem
advertens cogitavit à prætensis rece=
=dere, et ad infrascriptum Instrumentum
devenire

Hinc est, quod præfatus M.to Rev.dus Dnus
Carolus Cribellus filius quond. præfati

Dni Michaelis habitator in Loco Castellantiæ Plebis Olgiati Olonæ Du:
:catus Mlni, uti hæres cum benefi:
:cio Legis, et Inventarij dicti nunc quondam Darij, apparente Instrumto dictæ aditionis receptæ à me Notario infrascto paulo ante præsens Instrum

Voluntarie &c

Et alias omnibus modo &c

Ad petitionem dicti Dni Philippi Cribelli Mirabiliæ filij quondam præ:
:fati Dni Joannis Francisci habita:
:toris Mlni in P. O. P. S. Stephani in Brolio intus Mlni ibi præsentis, et acceptantis &c

Renunciavit, et renunciat memoratæ prætensioni ut supra introductæ ra:
:tione dictorum, et infrascriptorum

bonorum memorato fideicommisso, et primogenituræ obnoxiorum, et in, et super ea perpetuum ponit si:
:lentium, valetque, et intendit, quod possessio, sive quasi per dictum Dnum Philippum adepta dictorum, et in:
:frascriptorum bonorum dicto fideicommisso, et primogenituræ obnoxiorum vigore dicti præcepti per præfatum Dnum Vicarium ut supra concessi, suum omnimodum, et plenarium sortia:
:tur effectum, et quantum in se est, præfatus Mltus Revdus Dnus Carolus Cribellus hæres antedictus, relaxavit, et di:
:misit, ac relaxat, et dimmittit pleno iure, et irrevocabiliter præfato Dno Philippo Cribello Mirabiliæ præsenti, et acceptanti pro se, et quibuscumque

Cribellus Not

dictamet bona, et iura, ad quę fuit immissus ut supra supposita memorato fideicommisso, et primogeniturę, et quę ad clariorem ipsarum Partium intelligentiam, et alias ad omnem bo=num finem, et effectum, omnique meliori modo q. sequuntur, videlicet —

Domus una à Massario sita in Loco Ca=stellantię Plebis Olgiati Olonę Ducatus Mli, et quę est cum diversis Locis in terra, et suis superioribus, Curte, et Solarijs, cui cohęret ab una parte strata, ab alia Cęsaris Lumelli, ab alia Caroli Campugnani, et ab alia Caroli, et fratrum de Tritijs in par=te, et in parte Antonij de Crispis —

Item Molendinum appellatum il Molı=no novo cum situ, et Curia, et petia terrę prati perticarum septem, vel circa dicto Molendino annexa, quod Molendinum est omnino distruc=tum, et cui Molendino, et prato cohę=ret ab una parte flumen Olonę, ab alia infrascripta petia terrę prati appellatę dell'Ouche, ab alia Capellę S. Andreę dicti Loci Castellantię, et ab alia hęredum quondam Marci Anto=nij Ribei —

Item ius utendi aquis dicti fluminis tam pro irrigatione dictorum, et in=frascriptorum bonorum, quam pro usu dicti Molendini, et utendi in=cili, seu bucca supra dictum Mo=lendinum, et discaricatore, et insu=letta prope clusam —

Item suprascripta petia terrę prati

appellatæ il Prato dell'Oche sitæ ut supra perticarum sex, cui cohæret ab una parte dictum flumen Olonæ, ab alia suprascripta petia prati annexa dicto Molendino in parte, et in parte strata, per quam itur ad ipsum Molendinum, et ab alijs duabus Caroli Caimi ———

Item ius eundi ad infraſtam petiam terræ prati appellatæ il prato vecchio, quod incipit a prato, quod dicitur quel di sopra dicti Caroli Caimi ———

Item alia petia terræ prati appellatæ il Prato vecchio perticarum duodecim, vel circa, cui cohæret ab una parte dictum flumen Olonæ, ab alia Antonij Crispi, ab alia Caroli Cribelli quondam Christophori, et ab alia supraſti Caimi mediante fosso ———

Item ius eundi ad infraſcriptam petiam terræ prati appellatæ il prato grande, quod incipit a Strata Magistra eundi prata, cui cohæret viridarium Dñi Hieronimi Fagnani, et ab alia suprascripti Dñi Fagnani ———

Item alia petia terræ prati appellatæ il prato grande perticarum quinquaginta trium, vel circa, cui cohæret a duabus partibus flumen Olonæ, scilicet ab una flumen magnum, et ab alia flumen parvum, ab alia DD. Fratrum de Fagnanis ———

Item alia petia terræ avidatæ appellatæ il S. Giovanni perticarum sexdecim vel circa sitæ ut supra, cui cohæret a duabus partibus supraſti Caroli

Cribelli quondam Christophori, ab alia
Ecclesia S. Iulij, et ab alia Strata,
conducta per Carolum Zerrarolum —
Item alia petia terrę vineę, ubi dicitur
al Brolio perticarum septem, vel
circa sitę ut supra, cui cohęret ab una
parte Petri Pauli Ricordi, ab alia
Francisci Cribelli, ab alia Strata, et
ab alia DD. Fratrum de Fagnanis,
conducta per Antonium de Crippis —
Item alia petia terrę vineę appellatę
il Brolio perticarum quinque, vel
circa sitę ut supra, cui cohęret ab
una parte suprascripti Caroli Caimi, ab
alia Francisci Cribelli, et ab alijs Stra=
=ta, conducta per suprascriptum Servitorem
Item quidam situs, per quem itur ad
infrascriptam vineam, cui cohęret ab

una parte Caroli Caimi, ab al=
=tera Petri Francisci Vincemalę —
Item alia petia terrę vineę appellatę
La Scipiona perticarum centum tri=
=ginta quinque, vel circa sitę ut s.a,
cui cohęret ab una parte Caroli Cam=
=pugnani in parte, et in parte supra=
=scripti Ricordi, et ab alia suprascripti
Caroli Caimi, ab alia suprascripti Vince=
=malę, et ab alia Strata —
Item alia petia terrę buschi appellatę
il bosco vecchio perticarum quin=
=quaginta, vel circa, comprehensa
Brugheria sitę ut supra, cui cohęret
ab una parte Gasparij Verrini, ab
alia suprascripti Francisci Vincemalę,
et ab alijs duabus Strata —
Item alia petia terrę buschi sitę ut